



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 52. Calicis concedendi negotium Papæ relictum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. „futuram remittantur, ad quam nec
A. C. 1562. „plus, minusve parabantur reliqua ar-
 „gumenta, adeoque nihil ea de causa
 „protrahetur Concilium: idcirco eam
 „moram in vestro, aliorumque Patrum
 „judicio repositam volo, in quorum ar-
 „bitrio ut reponatur, idem Lanfacus
 „efflictim petierat: ideo quod in me est,
 „hujusmodi concessionem non reprobo.
 Quamprimum Mantuanus Cardinalis
 hoc Papæ responsum acceperat, mox die
 decima quarta Septembris tertia ante
 Sessionem die Pontificis literas Viceco-
 miti Nuntio exhibuit: hic vero Man-
 tuano persuadere nitebatur, ut Sessio-
 nem differret, eoquod Pontifex illam
 vel celebrare, vel prorogare Legato-
 rum arbitrio reliquisset: itaque exceptis
 Vicecomitis rationibus, habitoque de-
 super colloquio, ejus consilium sequi
 decernebatur.

§. LII.

*Calicis concedendi negotium Papa
relictum.*

Pillav. l. 18.
c. 7. n. 12. &
13. c. 8. n. 1.

Postera die decima quinta Septembris
 Patrum conventus habebatur, ut i-
 bidem exciperetur Quinqueecclesiensis
 Episcopus, qui saltem Bohemæ Regno
 Calicis usum concedi petebat. Jam sæ-
 pius hæc petitio proposita crebras in
 Concilio altercationes concitabat, quin
 tamen

tamen propterea hujus Præfulis vehe-
 mentia, qua postulatum urgebat, mul-
 tum deferuisset, tandem vero ipse con-
 sensit, ut totum negotium Pontificis
 judicio relinqueretur, ea tamen lege, ut
 rei proponendæ forma mutaretur his
 verbis concepta: *Cum animadverteret
 Synodus, se non posse per se ipsam, quod
 postulabatur, decernere, illud in Summi
 Pontificis arbitrio reponebat; qui præmis-
 sis diligentis, quas opportunas censuisset
 sive cum conditionibus jam recitatis, sive
 cum aliis, pro sua prudentia rem conce-
 deret rationi consentaneam ratus etiam
 secundum sententiam, consilium, & com-
 probationem Synodi.*

Sæc. XVI.
A.C. 1562.

§. LIII.

*Controversia, ac decretum circa hanc
 concessionem.*

Verum hæc eadem propositio, licet
 his verbis esset restricta, gravibus
 tamen oppositionibus erat obnoxia, dum
 in hac congregatione die decimo quin-
 to Septembris habita agitabatur; eæ-
 dem enim rationes, quæ Patribus dif-
 fuaserant, ne ejusmodi concessionem,
 utpote quamdam novitatem, sine cer-
 tis quibusdam conditionibus indulge-
 rent, pariter eosdem deterrebant, ne
 hujus rei decisionem ad Papam remit-
 terent: alii vero censebant, temerarium
 fore,

Pall. c. 8. n. 1.
Es 2.
Litt. Sec. &
Vicecom. ad
Borr. 16.
Sept. ap.
Pall.